

dicere, quomodo a domino papa Innocentio quondam sancte memorie tunc in civitate permanente audacter et cum instantia dictus iudex Matheus exegerit, ut suum et nativum dominum deberet restituere comitatui Melisi scilicet comitem Rogerium antedictum. Omitto dicere, quod multum illud dicto pape displicuerit; persuaserat^a enim dictum comitatum transferre in suos, sicut de pluribus aliis terris fecit, consanguineos et nepotes. Omitto dicere, quod dictus iudex Matheus multotiens fuit ab ipsius comitis emulis propterea proditor appellatus⁷⁶.

Vicesima quarta est disiunctio^b, cum eorum, de quibus dicimus, aut utrumque aut unum quodque certo concluditur verbo⁷⁷, sicut: *Rethoricus enim in verbi fortitudine irarum flammam extinguit, tigrium sevitiem mitigat, elatas cervices deprimit, saxea corda mollit⁷⁸.*

Vicesima quinta est coniunctio, cum interpositione verbi et superiores partes orationis comprehenduntur et inferiores⁷⁹, hoc modo: *Doctrinae vigor scolastice aut Venere marcescit desidie vel torpore⁸⁰.*

Vicesima sexta est adiunctio, cum verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum aut postremum collocamus⁸¹. Primum hoc modo: *Marcescit vigor doctrine scolastice vel Venere vel desidie^c torpore.* Postremum^d sic: *Doctrinae vigor scolastice vel Venere vel desidie torpore marcescit.*

Vicesima septima est conduplicatio, cum^e ratione amplificationis aut miserationis eiusdem unius aut plurimorum verborum reiteratio⁸², hoc modo: *Ad quid veniebas, o mulier?* aut: *Quid, o mulier, veniebas?* aut: *Quid movebaris, o mulier?* aut: *Quid, o mulier, movebaris?*⁸³ Vel sic:

-
- a) bei Hampe besser: proposuerat b) distinctio, *übergeschrieben* disiunctio Hs.
c) folgt vel Hs. d) postremo Hs. e) in der Hs. getilgt

76) Auszug aus dem Brief des Heinrich von Isernia an Adressaten in der Grafschaft Venafrò „Ex habundancia cordis“ vom Sept. – Okt. 1268. Druck: H a m p e S. 77 Z. 16 – S. 78 Z. 9 mit Abweichungen und Lücken.

77) Vgl. Rhet. Her. IV 37. Die Figur heißt dort disiunctum.

78) (...) *animos mitigare feroces, corda mollire saxea* (...): in einem Lobpreis auf Nicolaus de Rocca, E m l e r S. 1119 Nr. 2583.

79) Vgl. Rhet. Her. IV 38.

80) Vgl. das Beispiel und seine in der folgenden adiunctio ausgeführten Abwandlungen bei Rhet. Her. IV 38.

81) Vgl. Rhet. Her. IV 38.

82) Vgl. Rhet. Her. IV 38.

83) Die vom Auctor angeführten Beispiele verdeutlichen besser, was unter dieser Stilfigur zu verstehen ist. (Rhet. Her. IV 38).